



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. II. De Mediis ad finem ultimum obtinendum necessariis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

CAPUT II.

DE MEDIIS AD FINEM ULTIMUM
OBTINENDUM NECESSARIIS
IN GENERE.

Quanam sint hæc media, breviter simul & clarè S. D. P. Psal. 33, indicavit, dum dixit: *Quis est homo, qui vult vitam, diligat dies videre bonos?* (qui per beatitudinem maximè obtinentur) *Divertere à malo, & fac bonum:* & *repacem* (quæ in possessione ultimi finis consistit) & *quere eam*: Unde meritò post beatitudinem explicatam Thomas & cum eo Theologi de vitijs & virtutibus in genere. (videlicet quatenus sunt actus morales) tunc per speciem spectatis agunt, quæ tamen quia magna ex parte iam Theologiæ morali communia sunt, hoc loco non breviter indicabuntur.

ARTICULUS I.

De Actu morali in genere.

I. Q. I. *Quid sit actus moralis?* Resp. Est actus voluntarius cum indifferente cognitione boni & mali elicitus. Seu brevius. Est libera electio honesti vel inhonesti objecti. Unde ejusmodi actus propriè *humanus* dicitur, eo quod ut S. Thomas q. 1. a. 1. ait, illæ actiones solæ propriè humanæ dicendæ sint, quæ homini conveniunt, quatenus bonæ, id est, suarum actionum per rationem & voluntatem seu liberum arbitrium Dominus est; reliquæ ergo actiones simili libertate ab homine procedentes potius *actiones hominæ* dicendæ sunt. Ex quo colligitur quanam sint generè remotiora actus morales, videlicet remotissimum esse, quod sit actus *vitalis*, minùs remotum, quod sit *spontaneus*, id est, à principio intrinseco prævia cognitione procedens; proximum, quod sit *voluntarius*, id est, non à quocunque principio, sed tali, quod cum cognitione perfectâ finis operantis procedens, quale principium est sola voluntas seu appetitus rationalis. Porro divisiones voluntarij varias, & oppositas illi involuntarium, coactum, & violentum fuisse

Thologi tum Scholastici, quàm morales, apud quos
veneri possunt.

II. Q. 2. *An de facto homo habeat potentiam ad eius-
dem actus morales eliciendos?* Resp. affirmativè ex commu-
nionem Theologorum; quia Scriptura passim dicit, ho-
minem relictum esse in manu consilij sui; ante ipsum po-
tente esse bonum & malum, & quod pacuerit illi datum
suum laudandos esse viros gloriosos, & eos, qui potuerunt
transgredi, & non sunt transgressi; hæc autem omnia veri-
tatem non possent sine actu morali, cum laudari vel vitupera-
ri aliquid sit aliud, quàm imputari alicui bonitatem vel ma-
litiæ sui actus; hæc autem imputatio non fiat, nisi quando
homo habet liberum dominium sui actus.

III. Q. 3. *Vnde desumatur moralitas actus moralis?*
Immediatè eam desumi ex conformitate vel difformi-
tate cum regula proxima, id est, conscientia, quæ est dicta-
tionis practicum; quo judicamus antecedentè ad vo-
luntatis electionem objectum esse honestum vel inhone-
stum. Mediatè verò & remotè desumi ex conformitate vel
difformitate cum regula remota seu moralitate objectiva,
quæ est voluntas Dei aut etiam ipsa Natura probans vel im-
probans electionem objecti. Porro quia interdum morali-
tatem ipsius etiam circumstantiis desumitur, notandum est,
quod circumstantias ex parte principii se habere, (ut sunt
substantialis seu gratia sanctificans, vel accidenta-
lis, v. g. dignitas regia) alias ex parte actus, quales sunt
cunctas, duratio, intensio) alias ex parte objecti; inter quas
est discriminè, quòd circumstantiæ ex parte objecti se-
cundum non refundant suam moralitatem in actum, nisi
formaliter expressè cognoscantur & amentur, (quod
est similitudinem rationis etiam de dignitate accidentali
desumitur) reliquæ verò circumstantiæ etiam sine sui cogni-
tione moralitatem refundant; cujus diversitatis ratio hæc
adducitur à Theologis, quòd illæ, quæ ex parte agentis vel
actus se habent, conjungantur per identitatem vel unionem
cum actu; posteriores verò hoc ipso, quòd termi-
nantur actum, debeant per cognitionem velut unionem inten-
tionalem conjungi cum illo. Imò ad contrahendam ex ob-
jecto & circumstantiis bonitatem, non sufficit objectum
velle

velle materialiter, sed requiritur, ut formaliter appetat propter bonitatem, licet ad malitiam contrahendam advertat nuda advertentia mali; cujus diversitatis ratio est, quod cum tota bonitas consistat in conformitate cum beneplacito Dei vel approbatione Naturæ, non potest dici laudabile agere, qui non appetit hanc conformitatem. E contra verò, qui scit objectum malum displicere Deo & Naturæ, nihilominus illud eligit, hoc ipso censetur displicentiam illam contemnere, quod utique est rationi contrarium, & superabile.

IV. Q. 4. An moralitas actus per metum, conscientiam, & ignorantiam tollatur? Resp. 1. Per metum prope quidem minui moralitatem (quando scilicet actus est contra voluntatem operantis adversus) non tamen omnino tolli; eò quòd, ut S. Thomas discurret q. 6. a. 6. actus cum in particulari existunt, tales absolute sint iudicandi quales sunt à parte rei omnibus circumstantiis consideratis atque adeò actiones quoque ex metu factæ, cum sint à parte rei voluntariæ, & secundum rationem duntaxat repugnant voluntati, quatenus scilicet secundum se spectantur, non tamen secundum quid quoque involuntariæ, absolute voluntariæ dicuntur. Resp. 2. Per concupiscentiam prope quidem minui moralitatem (quia minuitur radix libertatis advertentia rationis, & quia facit, ut appetitus ab objecto fortius trahatur) non tamen per se involuntarium esse secundum quid causari, cum nunquam per se objectum concupiscentie repugnet voluntati. Dixi per se: quia per accidens Tann. d. 2. q. 1. du. 7. putat involuntarium secundum quid causari à concupiscentia posse, si videlicet quidlibet cum ac cum manifesto vitæ periculo conjunctum appetatur. Resp. 3. Ignorantiam antecedentem quidem (id est, que simpliciter impediri non potuit) tollere (saltem plerumque) moralitatem, non tamen consequentem Ignorantiam, quod hoc ipso, quòd impediri talis ignorantia consequens poterit, & debuerit, censetur operanti effectus voluntarius esse per se, licet secundum quid involuntarium causet; atque tamen non minuat moralitatem; concomitantem verò ignorantiam non debet neque minuire, neque augere moralitatem, cum per se se habeat, ac si non adesset.

V. Q. 5. *An moralitas sit essentialis actui morali?* R.

ne quaestione à decisione controversiæ Philosophicæ de
 berate actus dependere; qui enim hanc actui essentialent
 intrinsecam esse contendunt, idem etiam de moralitate
 dicunt, secus discurrunt, qui in denominatione extrinseca
 libertatem constituunt.

VI. Q. 6. *In quo subiecto reperitur actus moralis?*
 In omni & solo agente rationali libero; hoc enim col-
 ligitur ex ipsa illius definitione. Unde quia ejusmodi li-
 bertas, à qua oritur moralitas, vel juxta Tannerum q. 1.
 lib. 1. n. 36. & alios omnino identificatur, etiam in Deo
 reperitur, hoc ipso etiam moralis actus eidem concedendus

VII. Q. 7. *An actus externus moralitatem augeat?*
 Non desse quidem aliquos, qui affirmant: commu-
 nem tamen esse sententiam, quæ neget, eò quòd talis a-
 ctus externus non videatur libertatem augere, atque ad eò
 ipsam moralitatem augere possit.

VIII. Q. 8. *Quoimplex sit actus moralis?* Resp. va-
 riè ad hanc quaestione responderi ab Authoribus; aliqui
 eum solummodo duplicem esse contendunt, bonum scilicet
 & malum, sive de specie, sive de individuo actus sit ser-
 vati tamen communiùs saltem quoad speciem dari etiam
 eum indifferenter, atque ad eò actum moralem triplicem
 esse contendunt; eò quòd de facto dentur aliqua, quæ nec
 ipsi Deo positivè, nec displicent.

ARTICULUS II.

De actu morali bono seu virtuoso.

I. Quatuor plerumque sunt capita, quæ de actu mora-
 li bono seu virtuoso tractantur, videlicet natura, subjectum,
 virtutes, proprietates, de quibus proinde & hic totidem
 quaestiones proponuntur, adeòque.

II. Q. 1. *Quid sit actus moralis bonus seu Virtus?* R.
 esse actum divinæ voluntati conformem; hanc quippe esse
 regulam remotam moralitatis respectu actuum moralium;
 superiore articulo indicatum est. Ex qua definitione facile
 colligitur 1. virtutem, prout habitum seu principium actus
 X 2. mora-

moralis significat, rectè à Theologis cum Granado sic
 niri: Est habitus perficiens substantiam intelligentem,
 ad opus bonum determinatè inclinans. 2. Tria ad virtu-
 sum actum requiri, scilicet objectum honestum, adven-
 tiam rationis, & intentionem sive actualem, sive virtua-
 quâ voluntas feratur in honestatem cuique virtuti prop-
 am; uti, teste Tannero d. 3. q. 2. du. 3. n. 27. communi-
 requirunt Authores, nam ut S. Thomas hic q. 19. a. 7. ad
 ait, hoc est discrimen inter actum bonum & malum, quod
 malum contingat ex singularibus defectibus, bonum autem
 ex totâ & integra causa. Unde sive voluntas sit ejus, quæ
 est secundum se malum, & sub ratione boni appetitiva,
 sit electiva boni sub ratione mali, semper erit voluntas ma-
 la; sed ad hoc, quod sit voluntas bona requiritur, quod
 bona sub ratione boni, id est, quod velit bonum, & prop-
 bonum; quam doctrinam Tannerus n. 28. adeo commenda-
 esse ait, ut nullum Theologorum aut Philosophorum ex-
 met, qui oppositum docuerit. 3. Colligitur, habitum mor-
 lem bonum non tantum per se & ex natura sua ad bonum
 inclinare (uti contra Scotum sentit communis sententia
 D. Thoma) sed etiam per accidens tantum non posse
 currere ad actum malum, uti iterum Theologi cum S. Tho-
 ma sentiunt dicente, virtutem esse talem qualitatem, quæ
 rectè vivitur, & quâ nullus malè utitur. 4. Colligitur
 virtutes à donis, & fructibus Spiritus Sancti atque otto-
 beatitudinibus per se & realiter non distingui, sed in hec-
 tum differre, quod dona Spiritus Sancti respectu dantur
 ad Spiritum Sanctum, qui ejusmodi actus sic inspirat, ut
 la ordinaria potentia tales actus producere possit, ut in bo-
 roicis factis & exemplis Martyrum & aliorum Sanctorum
 patet. Beatitudines verò, quarum Christus octo recenset,
 sint actus donorum aut virtutum infusarum, & ideo beati-
 dines vocentur, quia præcipuè conferunt beatitudinem
 & alterius vitæ, ac specialia præmia illis promissa, in quibus
 vera beatitudo consistit. Per fructus denique Spiritus
 Sancti intelligantur quicumque virtutum infusarum actus,
 tenus sunt ultimi quidam virtutum effectus ac gustus
 tuali valde suaves, & instar fructuum per se delectabiles
 virtute velut arbore, & à gratia velut semine procedentes

quales S. Paulus ad Galat. 5. duodecim numerat; unde patet omnem beatitudinem esse etiam fructum Spiritus Sancti, quia tamen vicissim, ut notavit S. Thomas q. 70. a. 2.

III. Q. 2. *Quomodo dividatur actus moralis bonus in virtuosos?* Resp. cum omnis actus suum principium & habitum virtuosum respiciat, eodem ferè modo illum dividit posse, sicut ipsi habitus dividuntur. Tripliciter autem virtus dividitur prout habitum significat. 1. *Ratione subiecti*: secundum quam considerationem dividitur in intellectualem & appetitivam seu moralem. 2. *Ratione causa efficientis*: sub quo respectu in virtutes infusas & acquisitas dividitur; quales quidem virtutes per se infusas & acquisitas ac caritate inseparabiliter conjunctas, communissimè docent Theologi cum S. Thoma contra Scotum, & nonnulli antiquos Theologos negantes, eas per se infusas esse. 3. *Ratione obiecti*: sub qua consideratione in Theologicas, quae immediatè circa Deum versantur; & Morales, quae circum obiectum creatum occupantur, dividitur. Quae quidem Morales virtutes à S. Thoma q. 71. a. 5. secundum varium modum in *exemplares* (quae nihil aliud sunt, quam virtutes morales, prout in Deo tanquam exemplari seu Idea reperiuntur) *Politicis* (sic dictas, quia in ordine ad politicam seu societatem humanam conservandam ordinantur) *Purgatorias* (quatenus scilicet non communi & imperfecto modo, sed sublimiori & à naevi libero exercentur) *Purgati animi* (sic vocatas, quia in statu perfecto & divino eliciuntur) dividuntur.

IV. Q. 3. *In quo subiecto actus morales boni reperiuntur?* Resp. 1. Proprium & ab omnibus merito admissum subiectum actus moralis seu virtutis esse voluntatem, quia haec est potentia verè libera, & boni profectiva. Resp. 2. *Intellectum* per se & sine ordine ad voluntatem non esse simpliciter subiectum actus moralis, quia ut sic liber non est; solummodo ergo subiectum illius dici potest, quatenus vel movet voluntatem ad bonum usum, vel movetur ab illa; haec virtutes intellectuales Prudentiae & Fidei inter virtutes morales & Theologicas recensentur, quia Fides movetur à voluntate per piam affectionem ad credendum, cum; ut

S. Thomas loquitur, nullus credat, nisi volens; Prudentia
 supponat bonam voluntatis affectionem erga fines virtutum
 tum, ipsamque voluntatem dirigat, ac suo modo determinat
 net ad recte operandum. Ita Tannerus q. 3. dub. 1. n. 7. determinat
 communi & certa, ut ipse ait, Theologorum sententia, virtutes
 non desunt pauci, qui in sola voluntate virtutem subjunctam
 in aliis autem potentis solum per denominationem extrinsecam
 fecam reperiunt eandem asserant. Resp. 3. Licet appetitus
 sensitivus hominis ipsi cum bestiis communis sit, quatenus
 tamen uterque appetitus tam concupiscibilis scilicet, quam
 irascibilis, rationi subordinatur, & ab ea dirigitur, juxta
 S. Thomam & communiorem Theologorum sententiam, non
 verè etiam subjectum virtutis dici posse, cum ut sic hæc
 tentia verè dici possit habere proprios motus ad bonum
 malum, & propterea verè quoque bonum faciat, habentem
 & opus ejus bonum reddat; licet non pauci etiam cum
 tistis sentiant, habitus istos, qui in appetitu sensuivo
 rantur, non esse veras virtutes, sed adumbrationes illas
 duntaxat, eò quòd non ferantur formaliter in ipsam boni
 statem, & sæpe cum malitia morali stare possint, cum
 v. g. habitus abstinentiæ generetur, sive ex vana gloria
 ex virtute quis absteineat; unde meritò aliqui hanc quæ
 nem de nomine vocant, cum in re utriusque Authores
 niant.

V. Q. 4. *Quanam sint proprietates actus morali
 virtutis?* Resp. sequentes potissimum à S. Thoma q. 64. a.
 seq. numerari, non strictè sumendo hoc nomen, sed latè
 taxat quatenus scilicet sunt conditiones ad virtutem requi
 tà. Prima est, quòd in medio consistere debeat; unde Ar
 stoteles 2. Eth. c. 6. eam per hoc medium definitur dicens
 Virtus est habitus electivus in medio consistens, pro
 piens determinaverit: cujus rationem S. Thomas ex
 virtutis natura assignat; cum enim hæc in conformitate cu
 regula sua consistat, hoc ipso nec excedere illam, nec ab
 deficere debet. Circa quam tamen proprietatem rectè
 tant Authores, eam Soli Fortitudini & Temperantiæ,
 item cæteris virtutibus convenire; cum in istis deficere
 dem, non tamen excedere possimus, cum nemo nimis
 buere jus suum alteri, aut nimis Deum diligere possit.

Prudentia tamen interdum & istæ virtutes per accidens habere
 fines virtutum, *causaliter & medium rei*, quatenus scilicet deter-
 minant iustitiam, quid inter plus & minus debeatur, & in hac
 determinatione non ad circumstantias Personæ (ut faciunt
 Prudentia & Temperantia, quæ proinde *medium rationis* ha-
 bere dicuntur) sed ad solum jus in re ipsa fundatum respicit.
 Secunda proprietas est connexio virtutum inter se, de qua
 sapientes communiter doctrinæ à Theologis traduntur,
 quæ sunt. Virtutes infusas & acquisitas non necessariò inter
 se connexas esse (cum multi etiam Gentiles habeant virtutes
 acquisitas sine infusis) nec etiam virtutes infusas Theologi-
 cas inter se (cum Fides & Spes sine caritate consistere possint)
 virtutes tamen morales infusas semper cum caritate & inter
 se connexas esse; acquisitas verò in statu perfectò quidem
 necessariò inter se connexas esse debere (quia status perfectæ
 virtutis acquisitæ postulat, ut homo frequenter, faciliè, &
 per multum tempus exercere possit omnes actus illius virtu-
 tis, quibuscunque obstaculis occurrentibus, quod fieri mo-
 dè non potest ab eo, qui non omnes virtutes conjunctas
 habet) in statu tamen imperfecto eas à se separari posse, uti
 quotidiana experientia docet. Tertia proprietas est di-
 versitas virtutum, quoad perfectionem, quam licet Stoici
 negaverint putantes, nullam alterâ perfectiorem esse con-
 trarium tamen unanimiter docent Theologi; cum certum
 sit Theologicas virtutes secundum specificam perfectionem
 superiores esse moralibus, & Caritatem Fidei & Spei præcel-
 lere; imò & inter has ipsas virtutes unam alterâ quoad in-
 tentionem & extensionem perfectiorem esse (saltem in statu
 imperfecto) pariter sentiat communior sententia Theolo-
 gorum, & ipsa iterum experientia confirmet; licet in statu
 perfectò concedi possit, omnes inter se æquales esse, quòd
 saltem fortè voluerunt aliqui cum S. Thoma q. 66. a. 1. æ-
 qualitatem omnimodam virtutibus quoad intensionem tri-
 buentes. Quarta proprietas est generatio, conservatio &
 corruptio earundem, de quibus breviter ex communi Theo-
 logorum doctrina sciendum est, virtutes infusas per actus
 meritorios generari & conservari cum gratia; cum eadem
 vero etiam omnes (exceptâ Fide & Spe) demeritoriè iterum
 per peccatum mortale corrumpi; acquisitas verò physicè per
 actus

actus generari, & quamdiu per actus & habitus continetur non corrumpuntur, conservari, post vitam vero infusus rare semper in Beatis (excepta Fide & Spe, quoad primam saltem actus) imò & acquisitas; in damnatis autem infusus perire, acquisitas verò celeriter per actus contrarios destrui.

VI. Q. 5. *Qua sint media & instrumenta ad accedendas virtutes adhibenda?* Resp. Triplicis generis à Theologis plerumque assignari; nam 1. aliqua se ex parte le-ctus habent, qualia sunt cognitio, & appetitatio seu affectio virtutis, quæ ex illius præstantia & utilitate considerantur. 2. Alia se ex parte voluntatis habent, quæ quinque enumerat P. Jacobus Alvarez to. 2. de vit. Spirit. p. 2. 3. & 4. scilicet diffidentiam sui, desiderium virtutis, bonam intentionem actualem ejusdem virtutis, robur animi in difficultatibus vincendis, & denique particularem curam in vitis contrariis eliminandis. 3. Denique alia ex parte ipsius operantis se tenent, qualia sunt assidua exercitatio & sedula occasionum observatio, viriumque serena applicatio, de quibus omnibus fufius differens cit. P. Jacobus Alvarez & alii Ascetæ videri possunt.

ARTICULUS III.

De actu morali malo seu peccato.

I. De hoc quinque potissimum quæstiones moventur à Theologis, nimirum quid sit, quotuplex sit, in quo loco reperiatur, quæ sit causa illius, & qui effectus, de quibus & hic breviter agetur. Itaque.

II. Q. 1. *Quid sit actus moralis malus seu peccatum?* Resp. cum S. Augustino, peccatum esse dictum, vel factum vel concupitum contra legem Dei æternam. In qua definitione S. Doctor, ut notat S. Thomas q. 71. a. 6. pro materiali posuit dictum, vel factum &c. pro formali verò dissonantiam cum lege æterna, quæ est prima regula actuum moralium, ut supra dictum est. Unde Recentiores etiam peccatum, definiunt dicunt illud esse actum elicitum contra advertentiam ad displicentiam supremi Legislatoris, Ac no-

peccati malitia in pura privatione consistat, ut antiquiores Theologi docuerunt; an verò in ipsa entitate actus potest antecedenter ad privationem uti communiter hodie Accentiores docent, controversia non levis est inter Doctores.

III. Q. 2. *Quotuplex sit peccatum?* Resp. duplex recipiè in genere assignari. 1. *Originale*, quod nihil aliud est, quam peccatum primum Adami, quatenus ob transmissum in ipsam Posterorum omnium (exceptâ Dei Matre) voluntatem in ordine ad gratiam originalem vel retinendam, vel amittendam, omnibus per seminalem generationem eo eo descendentes, & pacto illo inclusis adscribitur; est hoc peccatum non sola concupiscentia naturalis (ut Hæretici volunt) sed propriè dictum peccatum, afferens secum privationem gratiæ originalis, & corruptionem naturæ inchoatam, quæ in eo consistit, quod dissolvatur harmonia seu ratio, quem justitia originalis tanquam donum quoddam rationis & naturæ indebitum in homine efficiebat, ut & corruptionem animæ, sine morbis ac moriendi necessitate, & sensuatiōni sine inordinatione concupiscentiæ, & ratio sive voluntas Deo sine periculo & peccandi necessitate plenè subiaceret. Unde quatuor vulnera animæ inflicta dicuntur per peccatum originale, scilicet vulnus ignorantie in intellectu, vulnus malitiæ in voluntate, vulnus infirmitatis in parte irascibili, & vulnus concupiscentiæ in concupisibili; cuiusmodi in corpore duo quoque vulnera sunt illata, scilicet morborum necessitas, & morborum, aliorumque similium maiorem corporaliū capacitas. A quo tamen peccato originali exemptam fuisse B. Virginem, meritò plerique hodie Theologi contra Thomistas docent, idque novem, etiam rationibus probat Tannerus d. 4. q. 7. du. 2. imò non pauci eam à debito proximo contrahendi peccatum originale eam liberare contendunt, dum eam in primo pacto cum Adamo inuito exclusam esse putant ob maternitatem ejus præsentiam. 2. *Actuale*, quod nihil aliud est, quam peccatum propria voluntate commissum, dividiturque in *mortale* & *veniale*, quorum differentia in eo consistit, quòd peccatum mortale sit voluntaria electio boni creati præ amicitia Dei, cum qua repugnare cognoscitur, atque, ut S. Thomas loquitur,

quitur, homine simpliciter ab ultimo fine deordinat & strahat; non item veniale, utpote quod nec amicitiam tollit, nec à fine ultimo separat, sed circa media duntaxat deordinat. Ad cognoscendam verò hanc differentiationem quens à Recentioribus regula assignatur, quòd scilicet omnia & sola peccata ex natura sua sint mortalia, quæ, si venialia duntaxat forent, vel Deus non esset infinite perfectior, vel humano generi gravissimum præjudicium crearetur, quæque verò divisiones peccati, uti & regulæ, ex quibus differentia specifica & numerica peccatorum colligi solet, Theologos morales videri possunt.

I V. Q. 3. *Quodnam sit subiectum capax peccati*
 Pro solutione hujus quæstionis Tannerus q. 8. du. 1. n. 1. S. Thoma notat, hæc duo diligenter distinguenda esse, scilicet actum alicujus potentia esse verè peccatum; & peccatum materialiter esse in aliqua potentia; ad priorem enim propositionem verificandam sufficit, si actus verè ac formaliter pugnet rationi; ad posteriorem autem verificandam indiget requiritur, ut vitio quodam illius potentia accidat, quæ peccare denominant. Hoc notato Resp. cit. Author cum S. Thoma & communi Thomistarum omnes potentias, quæ voluntati subjacent, ut impediri ab ipsa possint in actibus suis eliciendis, esse subiectum peccati; quia harum scilicet potentiarum vitio (puta voluntatis, intellectus, & appetitus sensitivi) accidunt peccata; voluntatis quidem tanquam principalis & universalis causæ; rationis autem ut male dirigentis; appetitus denique velut indirectè inclinantis; hinc cum membra externa non agant, sed agantur potius despotice à voluntate, non dicuntur subiectum peccatorum licet actus ipsorum, qui subjectivè & materialiter in peccato recipiuntur, propriè & formaliter rationem peccati habeant uti post S. Thomam plurimi apud & cum Tann. l. c. n. 1. docent contra Vasq. & alios Recentiores, tum quia quædam actus verè prohibentur à S. Scriptura; tum quia verè formaliter sunt rationi difformes, & saltem per extrinsecam denominationem sunt liberi, quod isti Authores sufficerent ad peccatum. Resp. 2. Tanner du. 2. n. 30. cum S. Thoma q. 74. art. 4. in appetitu sensitivo veniale quidem non mortale peccatum subiectari formaliter; quia, si

si illius, si verè deliberati sint, verè sint peccata mortalia
 citiam illi quando, tunc tamen non ipsius vitio, sed voluntatis & in-
 ia duntaxat accidunt atque adeò his adscribuntur, utpote tunc
 rentiam plenam libertatem habentibus; quando autem appetitus im-
 scilicet plenam libertatem & relinquit semiplenam ad ve-
 quæ, si non sit mortale sufficientem, tunc, quia
 è perfectum censetur ab appetitu anteverti, rectè peccatum tale ipsi
 earetur, adscribitur.

V. Q. 4. *Quanam sit causa peccati?* Resp. 1. So-
 lum hominem libertate præditum esse causam peccati per
 quia hic solus ex intentione causat actum prosecutivum
 mali, & determinat concursum indifferentem DEI ad actum
 peccati potius, quàm virtuosum; DEUS autem, li-
 ber concursum indifferentem offerat, non tamen eo fine of-
 ferat ut eodem ad malum homo utatur, sed potius optat, &
 operatur, ut cum eodem bene operatur. Excoecationis ta-
 men & indurationis causa dicitur, quatenus gratiam effica-
 cem subtrahit, cujus defectu postea homo in suo peccato
 perseverat. Resp. 2. Etsi Diabolus, concupiscentia, & pec-
 cata interdum alterius peccati causa dicantur, hoc tamen
 non de influxu & causalitate per se, sed per accidens intelli-
 gendum est, cum & Diabolus, & concupiscentia impellere
 tantum, non autem cogere possint ad peccatum; peccatum
 enim alterius causa eatenus tantùm dicatur, quatenus gra-
 tiam vel caritatem, vel verecundiam, vel quodcunque aliud
 peccato retrahens tollit, & sic per accidens efficit, ut in
 peccatum homo labatur.

VI. Q. 5. *Quanam sint effectus peccati?* Resp. dupli-
 citer effectus peccato communiter assignantur, scilicet
 mortalem & reatum pœnæ, de quibus hæc duo duntaxat no-
 tate sunt 1. quòd ut S. Thomas q. 89. a. 1. loquitur sicut
 duplex in anima nitor, unus habitualis, & quasi intrin-
 secus; alter verò actualis, & quasi externus fulgor; ita du-
 plex quoque in anima maculâ detur habitualis scilicet in
 privatione gratiæ consistens; & actualis, qui nihil aliud est,
 quam ipsam peccatum præteritum moraliter perseverans,
 quod propterea habituale peccatum ab aliquibus vocatur)
 sicut Recantiores explicant, cum negatione condignæ sa-
 tisfactionis aut gratiæ remissionis conjunctum. Unde
 quia

quia sola gratia habitualis est verus decor animæ, sed peccatum mortale, quod eam gratiam tollit, maculam inferre dicitur; peccatum autem veniale gratiam illam relinquit, secundum quod tantum maculam animam dicitur per modum luti aut pulveris corpus lantis; in quem sensum Christus Jo: 13, dixit: *Qui lotus non indiget, nisi ut pedes lavet, Sed est mundus totus.* 2. Notandum est, quod, cum peccatum mortale reatum æternæ inferat, aliqui causam hujus æternæ durationis S. Thoma in ipsam malitiam dicti peccati conjiciant, ut pote quod ab Personam infinitæ dignitatis graviter offensam meretur privationem amicitie divinæ, atque adeo ordinationem quantum de se irreparabilem causat; alij ex eo probant, quod nullâ condignâ satisfactione à Peccatore deleri possit; alij affectui Peccatoris adscribant, ut sine fine vellet vivere, ut sine fine posset peccare; unde S. Gregorius l. 4. Dial. c. 44. loquitur, *ad magnam indignitatis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam voluerunt carere peccato.* alij denique ex ipsa necessitate talis pœnæ dictam durationem demonstrare conantur, utpote sine qua homines non sufficienter à peccato abstergerentur. Porro qualis hæc pœna sit futura, breviter indicat Lessius l. 13. de perf. divin. in fine. dum triplicem aitionem futuram esse, nempe 1. Summos dolores sensuum totiusque corporis exterius & interius, qui juxta consuetudinem sensum Theologorum per verum & corporeum, ac sulphureum ignem, ut S. Scriptura passim indicat, causabuntur; etiam verò aliqui etiam per aquas & vermes corporeos tormentum damnatos cruciatum iri, Lessius tamen loc cit. probabilius contrarium multis argumentis demonstrat, licet libenter concedat molestissimas & horribiles ibi reatas æternas eò quod meritò damnati luce corporali priventur, ut qui lucem Spiritualem & divinam contempserunt. Summam quoque tristitiam ibidem futuram ait Lessius in consideratione tantorum malorum, in quæ inciderunt bonorum, quæ amiserunt, quæ amissio pœna damni vocatur, tantòque gravior erit, quantò major est gloria amissa, tantòque facilius eam obtinere potuissent. 3. Super-

merito idem Author affirmat; ex quibus omnibus sequetur
 delictio, furor, & maledictio, quâ & seipfos, quòd tantorum
 malorum causa sibi extiterint, & DEUM, qui ipsos condidit; &
 parentes, qui genuerunt, & demones, qui seduxerunt; &
 malos, creaturâsque alias, qui ad peccatum allexerunt, vel
 deriverunt, maledicent. Locum verò inferni quod attinet,
 probabiliter Lessius putat in centro terræ cum existere, ita
 ut idem sit centrum inferni & terræ, nec solum seu planities
 sed etiam cavitatis sulphure liquato ardente repleta ibi repe-
 ritur, cujus diameter unius leucæ longitudinem non ex-
 cedat (hoc enim spatium non tantum ad multitudinem
 damnatorum, sed decuplo majorem numerum capiunt
 sufficiens fore Mathematici demonstrant) in quam damnati
 in unum cumulum coniecti tanquam victima pro pec-
 cato æternam ardebunt, sicque implebunt illud apoc. 20.
Ignis inventus est in libro vite, missus est in stagnum ignis,
 VII. Q. 6. *Quis fructus ex tota hac de actibus me-
 ritus materia hauriendus sit à Theologo? Resp. triplicem
 præcipuè hauriendum esse. Primus est, ut, dum geminam
 peccati malitiam, scilicet aversionem à DEO, & conversio-
 nis creaturam, grandemque, quæ per eandem committitur,
 injuriam & injuriam considerat, exinde gravitatem ejus-
 dem æstimare discat, illâque Jeremiæ c. 2. Verba in mente
 habeat: *Obstupescite cæli super hoc, & porta eius desolamini
 vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit Populus me-
 us: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi ci-
 sternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*
 Succidus fructus est, ut dignam de virtutum pretio æstima-
 tionem concipiat, utpote quæ solæ illud S. Pauli 1. Tim.
 ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ
 erit in futuro. Ut adeò meritò illius possessor cum Sa-
 lomone Sap. 7. dicere queat: *Venerunt autem mihi omnia bo-
 na pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus il-
 lius, & latatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista.*
 Tertius fructus est, ut ardentem concipiat Zelum peccatores
 coercendi, & à gehenna (in qua ut rectè quis & compen-
 satione omnia tormenta explicavit, & omnis mali præsentia,
 omni boni absentia, & omnis pœnæ indeclinantia) liberan-
 di, cum*

di, eumque in finem de se à quovis damnato dictum patet illud Luc. 16. *Rogo te Pater, ut mittas eum in domum patris mei; habeo enim quinque (imò innumeros) Fratres relictos illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

ARTICULUS IV.

De principijs dirigentibus actum morale.

I. Q. 1. *Quanam sint principia dirigentia actum morale?* Resp. duo potissimum assignari à Theologis, scilicet Legem internam seu Conscientiam, de qua S. David Psal. 4. ait. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine & externam à Superiore latam.*

II. Q. 2. *Quid de Lege interna seu Conscientia sciendum sit?* Resp. tria præcipue, nempe 1. quid sit. 2. Quotuplex sit. 3. Quanam obligatio sit illam sequendi, quæ tamen omnia resolvere, ex instituto ad Theologiam moralem pertinet, exceptâ fortè quæstione, quâ quaritur, an iustâ sententiâ probabiliori liceat minus probabilem sequi in qua controversia licet non pauci ex antiquioribus, & vixissimè Julius Mercorus ex Ordine S. Dominici per integrum libellum, quem *Basin totius Theologiae moralis* intulit, negativam propugnent sententiam, eamque plurimum argumentis stabilire conentur; affirmativam tamen communius hodie Recentiores tenent.

III. Q. 3. *Quid de Lege externa sciendum?* Resp. præcipue de ea quæstiones generales proponi, & decideri Theologis, videlicet. 1. Quid sit, & quas condiciones involuat. 2. Quotuplex sit. 3. Quam obligationem involvat. 4. Quæ excusent ab hac obligatione. 5. Quis obligetur legibus. 6. Quis ferre, abrogare, vel interpretari possit legem; quæ tota materia, cum prima principia fundamenta Theologiae moralis contineat, ideòque ad præxin potius quàm Speculationem ordinetur, meritò à Theologis Scholasticis plerumque præteritur, & Theologis moralibus pertractenda relinquitur; exceptis fortè quæ de Legge æterna, Mosaica, Naturali, & Gratia moventur, de quibus proinde, quid Theologi Scholastici sentiant, hoc breviter indicandum est. Itaque.

IV. Q. 4. Quid de Lege aeterna S. Thomas & alii

theologi docent? Resp. sequentia ferè. 1. Legem aeternam
 iuxta S. Thomam q. 93. a. 1. nihil aliud esse, quàm ratio-
 nem divinam Sapientiam, secundum quod est directiva omnium
 actionum & motionum ad suos fines, seu, ut S. Augustinus
 l. 21. contra Faustum c. 27. definit. esse summam rationem
 in DEO existentem, cui semper est obtemperandum: vel vo-
 luntatem DEI ordinem naturæ conservari præcipientem, &
 conservari vetantem; de qua proinde Sap. 8. dicatur: *Attin-
 getur a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.* 2.
 esse realiter unicam (cùm omnia sub una ratione respiciat,
 quatenus scilicet ad divinam gloriam & Sapientiam mani-
 festandam ordinantur) licet propter diversa objecta ratione
 sua multiplex dici queat. Hinc iterum Sap. 7. dicitur:
*Quam sit una, omnia potest, & in se permanens, omnia inno-
 vat. Est enim in illa Spiritus intelligentia sanctus, unicus,
 multiplex &c.* 3. Non nisi late ac Analogicè Legem dici,
 cum nec semper sit propriè dictum imperium (nempe re-
 spectu rerum irrationalium) nec ab æterno sit promulga-
 ta, sed ætenu tantum æterna dicatur, quatenus ab æterno
 emittit decretum, cui suo tempore res creatæ subijci debent.
 4. Esse soli DEO & Sanctis in se notam, (eum ipsi soli
 DEUM, cum quo identificata est lex aeterna in se videant)
 in creaturis autem in effectu tantum, quatenus cognoscunt
 per habitum principiorum practitorum seu Syteresi verita-
 tum practicas ab ea derivatas. 5. Omnem legem ab ista
 æterna derivari juxta illud Sap. 8. *per me Reges regunt, & Le-
 gationes iusta decernunt.* 6. Omnes res creatas huic Legi
 subijci; uti clarè S. Augustinus l. 5. de civ. c. 11. indicavit
 dicens: *Nulla modo aliquid Legibus summi Creatoris, ordina-
 tum, subtrahitur, à quo pax Universitatis administratur.*
 Unde licet interdum res naturales fines suos particularès non
 observant, & homo vel Angelus legem æternam peccan-
 do violaverit, tamen isti ipsi defectus æternæ legi subduntur,
 cum hoc ipsum propter bonum Universi Author naturæ ab
 æterno decreverit, unde eleganter S. Augustinus in Enchir.
 c. 100. ait: *Hoc ipso quòd contra voluntatem DEI fecerint
 (homo & Angelus) de ipsis facta est voluntas eius, qui per
 naturam creaturæ voluntatem, quâ factum est, quod Creator
 noluit,*

luit, implevit ipse, quod voluit. 7. Legem istam in se mutabilem esse, cum sit ipsa ratio divina; dici tamen potest obiecti mutabilem, quatenus scilicet Deus aliquando quod ob certas circumstantias decrevit producere, ob alia iterum annihilare, vel abrogare potest, uti in Lege Moysi ca videre est.

V. Q. 5. *Quid de lege naturali doceant Theologi?* Respon- sequentia præcipue. 1. Eam nihil aliud esse, quam rationis humanæ iudicium sive dictamen, quo per legem nobis ab æterna lege impressum evidenter cognoscitur quid faciendum vel omittendum sit. 2. Duplicia huius legis præcepta dari, nempe Universalissima seu simplicissima (qualia sunt, bonum esse faciendum, & malum vitand- giendum) & particularia, quæ ex prioribus derivantur. 3. Esse propriè dictam legem, cum & verè imperet, ac obliget sibi subiectos, & hoc ipso, quòd Deus eam mentibus ho- minum naturaliter inserverit, sufficienter promulgata sit. Materiam illius esse non omnes quidem virtutum actus, sed multi jure duntaxat divino aut humano sint præcepti, ob- qui verò omnino non sub præceptum, sed consilium decern- xat cadant) sed tamen aliquos saltem omnium virtutum na- raliū (nam supernaturales virtutes non pertinent ad legem naturalem) actus, cum de facto in omni materia harum vir- tutum præcepta quædam naturæ tam affirmativa, quam ne- gativa reperiuntur. 5. Legem hanc in genere spectatam quasi inadæquatè seu abstrahendo à circumstantiis, in omni- bus hominibus unicam & invariabilem esse; si tamen adæ- quatè & quoad omnes circumstantias spectetur, tum secun- dùm principia quidem universalissima (& juxta aliquos etiam secundùm eas leges, quarum dispensabilitas in Deo defectum primariæ alicujus perfectionis argueret) consideratam in omnibus, & immutabilem esse, non item in aliis legibus, quæ ex principiis universalibus deducuntur, aut in aliis legibus, quæ similem defectum arguunt. Quam totam doctrinam S. Thomas q. 94. a. 5. & q. 100. a. 8. ad 3. sequentibus ver- bis bene notandis indicat: Sic igitur præcepta ipsa dicuntur quantum ad rationem iustitiæ, quam continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus (ut scilicet hoc vel illud sit hominibus faciendum).

am in se...
amen re...
us alic...
ce, ob...
lege Mo...
ologit...
uam rec...
o per h...
ognosc...
cia huj...
u simpl...
x malum...
ri vana...
ac obli...
nibus h...
gata s...
m actus...
recepti...
ilium de...
virtute...
ent ad l...
a haru...
a, quon...
spectat...
iis, in o...
tamen a...
tum ser...
uxta al...
ilitas in...
er) con...
in aliis...
tur, aut...
ni de...
entibus...
ysa Dec...
immu...
er appl...
homicid...
furore

primum, vel adulterium; an non) hoc quidem est mutabile,
quandoque sola auctoritate divina, in his scilicet, qua à solo
Deo sunt instituta, sicut in matrimonio & aliis huiusmodi:
quandoque etiam auctoritate humana, sicut in his, qua com-
mune sunt hominum iurisdictioni, quantum enim ad hoc, ho-
mines gerunt vicem Dei, non autem quantum ad omnia.

VI. Q. 6. Quid de Mosaica lege sciendum sit? Resp[on]d[etur] prae-
cipue à Theologis doceri. 1. Legem hanc
Angelum Moyfi fuisse promulgatam Mosaicam ideo tan-
tum dici, quia à Moysse primùm accepta, & postea per eun-
dem populo promulgata fuit. 2. Legem eandem in suo
genere, & pro tempore, quo lata est, perfectam
fuisse; non tamen absolute perfectam bonitatis rationem
habuisse, cum perse, & sine respectu ad Christum novæ le-
gis conditorem non fuerit sufficiens ad æternam beatitudi-
nem obtinendam, sed figura duntaxat fuerit legis secuturæ,
ut apostolus ad Hebr. 10. indicavit, & ipse Deus Ezech. 20.
testatur dicens: Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in
quibus non vivent. 3. Legem hanc solis Judæis datam fu-
isse, neque adeò Gentiles non obligasse, nisi secundum præ-
cepta naturalia, quæ continebat. 4. Fuisse quoque eam le-
gem, unicam unitate ordinis & finis, universim tamen tria
genera præceptorum in se continuisse, moralia scilicet, seu
moralium actuum, & cultus divini substantiam perti-
nencia: ceremonialia seu ad ritum & modum cultus divini
pertinentia quæ quadruplicis erant generis, videlicet sacrifi-
cia, sacra seu instrumenta cultus divini; sacramenta, & spe-
cialia observationes; & iudicialia, quæ certum modum ju-
sticie in humano convictu observandæ determinabant, ite-
rumque in quatuor genera subdividebantur, quorum pri-
mum determinabat, quis ordo inter Principem & Populum
observandus sit: secundum, quis inter ipsos Populares: tertium
inter domesticos ejusdem Familix tenendus sit. 5. Le-
gem hanc juxta communioem SS. Patrum & Theologorum
in ipso mortis Christi articulo fuisse abrogatam,
ut ipsum templi velum scissum indicabat, & ipsa Sacerdo-
tum, quod per mortem Christi præcipue institutum est,
observatio exigebat, nam, S. Paulo teste ad Hebr. 7. transla-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

to Sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. 6. In
dem legem mortiferam (id est, mortem peccati obferam
ribus inferentem) probabilius primùm post sufficientem
Evangelii promulgationem, (quæ juxta communem
Theologorum sententiam quadragesimo anno à Passione
Christi post Jerosolymitanæ Civitatis destructionem
censebatur) esse cœpisse.

VII. Q. 7. *Quid de Evangelica Lege Theologi
ant?* Resp. sequentia potissimum. 1. Per legem Evan-
gelicam nihil aliud intelligi, quàm legem illam, quæ à
Christo tradita, & ab Apostolis prædicata, legi Mosaica suc-
cessit. 2. Legem hanc, si secundùm præcipuum caput,
quod à lege Mosaica distinguitur, spectetur, menti
tam potius, quàm scriptam vocari debere, cum præcipuum
in hac lege sit gratia Spiritus Sancti per fidem & meritum
sibi obtenta, quæ tota mentibus indita est, licet, quia
etiam per Scripturam manifestatur, secundariò scri-
bi queat. 3. Materiam illius esse tum internos, tum
externos virtutum actus, qui à Christo sunt præcepti, con-
stantia verò, quæ ab ea proponuntur, hoc ipso, quod
obligent, non nisi latiori sensu materia dici possunt. 4.
dem legem omnes omnino homines obligare; hinc enim
Apostoli jussi sunt illam universo mundo prædicare.
5. Legem secundùm se, & quoad obligationem nunquam abo-
latam iri, nec aliam legem illi successuram; hinc enim
Christus Ps. 109. Sacerdos in æternum secundùm ordinem Mel-
chisedech dicitur. 6. Legem hanc quoad moralia præcep-
ta, & præcipuè quoad fidem explicitam in Christum, cum
ante mortem Christi obligasse, quia Christi Incarnatio
se omni tempore erat objectum necessarium fidei implere
aut explicitè credendum; quoad cæremonialia tamen
de Sacramentis, recipiendis probabiliter juxta S. Thoma
statim post resurrectionem Christi; juxta alios verò post
Pentecostes; aut juxta alios post ipsam promulgationem
sufficienter factam obligare cœpisse. 7. Legem Evan-
gelicam multis titulis præcellere legi Mosaicæ, nempe tan-
tione credendorum, sperandorum, & præceptorum, quæ
omnia longè perfectiora sunt; quàm illius, qui legem
attulit; & eorum, quos obligat; & modo, quo ad sui ob-
vati-

tionem impellit, scilicet per caritatem; & ob facilitatem
servandi, ob quam onus leve, & jugum suave à Christo voca-
ta est; & ob ipsam denique efficaciam, quam habet ad homi-
nes justificandos.

VIII. Q. 8. *Quem fructum ex hac materia de prin-
cipiis dirigentibus haurire debeat Theologus?* Resp. duplicem
præcipuè. Primus est, ut, dum conscientiam velut Pæda-
gogum, qui ipsum dirigat, sibi datum à Deo fuisse confide-
re, eundem diligenter & perfectè obsequatur, ne ejusdem assi-
duos, duròsque stimulos experiatur, illòdque olim S. Pau-
lus in act. 9. denuò audire cogatur: *Ego sum, quem tu
persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Se-
cundus est, ut dum sub Evangelica lege se creatum fuisse
agnoscat beneficium; sua vissimùmque hoc jugum,
quod levissimum tantò alacrius suscipiat, feratque quan-
tum sibi per illius impositionem gratiam ac favorem
illud esse agnoscat, idèoque illud ad Naaman olim à
rege dictum l. 3. Reg. c. 5. sibi applicet: *Si rem grandem
dixisset Propheta (& Deus) certe facere debueras, quanto
magis, quia nunc dixit tibi &c.*

ARTICULUS V.

De principio adjuvante actum moralem,
seu de Gratia.

I. Q. 1. *Quid de Gratia potissimùm sciendum sit Theo-
logis?* Resp. quinque præcipuè. 1. Quid sit? 2. Quotuplex
sit? 3. Quæ sit necessitas illius. 4. Quæ causæ. 5. Qui-
bus effectus illius sint, de quibus in hoc articulo breviter
loquetur.

II. Q. 2. *Quid sit gratia?* Resp. esse donum ex di-
vina benevolentia profectum; vel, ut S. Thomas q. 110.
art. 1. definit, esse qualitatem, quâ anima ad consequendam
beatitudinem supernaturalem promoveretur.

III. Q. 3. *Quotuplex sit gratia?* Resp. omissis aliis
distinctionibus, potissimùm triplicem assignari à
Theologis. Prima est in gratiam *habitualem*, quæ est habi-
tus supernaturalis reddens verum Amicum & Filium adopti-
vum Dei, realitèrque justificans; & *actualem*, quæ est piâ
illu-

illuminatio seu alia quæcunque actio, quæ Deus homini ad propriam salutem consequendam excitat, & quantum ad se, promovet. Et hæc subdividitur iterum in *excitantem* seu *prævenientem*, quæ Deus hominem impellit ad bene operandum; & *adiuvantem* seu *cooperantem*. Deus juvat, & cooperatur ad actiones hominis. Secunda est in gratiam *gratum facientem*, & in gratiam *gratiam* quæ primariò ad utilitatem aliorum ordinatur, cupitque esse *speciem* à S. Thoma & S. Paulo afferuntur; aliz enim perfectionem cognitionis spectant, ut Fildes, sapientia scientiæ sermo: aliz ad doctrinæ confirmationem, utilitas sanitatis, operatio virtutum, discretio Spirituum: aliz ad pronunciandi facultatem, ut genera linguarum, & monumentum interpretatio. Tertia & celeberrima divisio est in gratiam *sufficientem*, cum qua quis posset quidem operari, sed nunquam operabitur; & *efficacem*, cum qua operari Deo per scientiam mediam prævisa infallibiliter consequetur; quæ proinde quia ex speciali affectu homini conferretur etiam speciale donum meritò censeri debet.

IV. Q. 4. *An & quomodo necessaria sit gratia ad salutem?* Resp. de hac sequentia ferè apud Catholicos Doctores certa esse. 1. Nec gratiam sanctificantem, nec illiusmodi donum aut virtutem supernaturalem posse sine speciali DEI auxilio obtineri. 2. Etsi possit homo absque speciali Dei gratia singulas veritates ex objectis sensibilibus cognoscere, aut bonum opus aliquod facere, Deumque legem omnia amare; non posse tamen hoc per longum tempus, & tempore gravis tentationis; neque omnes veritates sumptas cognoscere posse; eò quod natura per peccatum Adami sit adeò debilitata, & obscurata, ut non possit sine speciali auxilio difficultatem in ejusmodi exercitio longè occurrentem vincere. 3. Deum omnibus providere & conferre gratiam sufficientem, quatenus hæc nihil aliud sit, quam piam quandam illam illustrationem intellectus & motionem voluntatis ad simplicem complacentiam operari, cum qua potest homo operari, abstrahendo, an sit, vel non sit operaturus. Nec obstat, & multi Ethnici non habent occasionem Fidei amplectendæ; nam Ethnici tales potest per aliquod tempus servare legem Dei, & sic efficere salutem.

per vel per internam inspirationem ipsis revelaret mysteria
 dei; vel certe ad eos Prædicatorem mitteret; cum juxta
 commune Theologorum effatum, facienti, quod in se est,
 deus gratiam non depeget. 4. Licet cum gratia sufficien-
 ter homo possit vitare omnia peccata mortalia, non tamen
 vitare etiam omnia venialia collectivè accepta vitare pos-
 sine speciali auxilio Dei, uti passim S. Scriptura, Conci-
 lio, & SS. Patres docent; & vel ex ipso fomite & humanæ
 nature imbecillitate colligitur, quæ nec per gratiam qui-
 bus perfectè sanatur, atque adeo vitare non potest omnia
 peccata venialia ex subreptione patrari solita, ut S. Thomas
 asserit.

V. Q. 5. *Quanam sint cause gratia?* Resp. 1. cau-
 sam finalem nostræ justitiæ & gratiæ esse gloriam Dei, &
 vitam æternam, uti apertè Concilium Triden-
 tinum Sess. 6. c. 7. definit. Resp. 2. Causam efficientem
 principalem esse solum & unicum Deum, uti idem Conci-
 lium l. c. insinuat; instrumentalem verò esse tum ipsum
 Christum, quatenus per suam passionem & caritatem nobis
 hæc gratiam promeruit; tum Sacramenta, quæ eandem ex
 opere operato causant. Resp. 3. Causam materialem gra-
 tia (posito, quòd à caritate distincta sit) esse solam animam,
 quæ probabilius juxta S. Thomæ & aliorum opinionem
 dicitur ipsa gratia; ita tamen ut ad eandem in adultis per
 modum dispositionis motus aliquis liberi arbitrii, per quem
 ad Deum converteatur, & donum tale voluntariè acceptet,
 prærequiratur. Ejusmodi autem dispositiones juxta Conci-
 lium Tridentinum sunt actus fidei, Spei, timoris, caritatis,
 contritionis, & intentio Sacramentum Baptismi, vel Pœni-
 tentiæ recipiendi.

VI. Q. 6. *Quanam sint effectus gratia habitualis?* Re-
 spondentes præcipuè numerari. 1. Remissio peccati. 2. Adop-
 tio in Filium Dei. 3. Collatio juris ad vitam æternam.
 4. Vita & virtus merendi, quam actibus supernaturalibus
 merentur, si reliquæ conditiones ad meritum requisitæ etiam
 præsententur, videlicet status viæ, promissio Dei, supernaturalitas,
 libertas & honestas actus, & proportio inter meritum & præ-
 mium; his enim conditionibus positis de fide est, hominem
 mereri de condigno (id est, ut ob dignitatem ipsius operis, &

non ex liberalitate detur præcium respondens operi) non æternam, & primam gloriam, atque adeò etiam auxiliis inquisita ad illam promerendam; non tamen perinde principium meriti, finalem perseverantiam, aut bona temporalia; hæc enim de condigno eam mereri non posse, com- niter docent Theologi, licet bona temporalia eum de- gruo (id est, ita ut non quidem ob dignitatem operis debito, sed tamen ex congruitate quadam conferatur) mereri posse concedant.

VII. Q. I. *An gratia Sanctificans ex natura sua eiat hominem gratum Deo, atque adeò nec per absolutam potentiam cum peccato mortali stare possit?* Resp. ita quæ- sentire Vasquezium, qui sententiam suam Concilio Tri- rino, & S. Thomæ conformiorem esse asserit; alios tamen communiùs contrarium docere, licet non negent, gratiam habere peculiarem quandam congruitatem & aptitudinem ad expellendum peccatum mortale.

VIII. Q. 8. *An homo sine speciali revelatione Deo certo & infallibiliter cognoscere possit se esse in gratia Dei?* 1. S. Thomas & cum eo omnes Theologi, neminem pos- cam habere certitudinem posse de tali veritate, cum & b. Scriptura passim, & SS. Patres sic sentiant; & Concilium Tri- dentinum Sess. 6. c. 9. id definiert, & nullum sufficiens mo- vum; talis certitudinis assignari possit; cum nemo certus de- possit vel de Sacramento Baptismi à baptizante legitime ministrato; vel de actibus supernaturalibus ad gratiam, & amissit, recuperandam necessariis à se ritè elicitis. Resp. 2. Idem etiam de morali certitudine communiter cum S. Tho- ma negare, teste Tannero d. 6. q. 4. du. 5. n. 119. Theo- gòs contra Scotum, Vegam & nonnullos alios, eò quòd b. Scriptura, & Concilia absolutè asserant, nescire nos, an o- dio vel amore digni simus. Solummodo ergo concedunt Theologi, eò aliquos in virtutis studio progredi posse, licet formidare possint, se in statu gratiæ non esse, diffi- tamen ipsis sit ejusmodi formidinem concipere, atque adeò actualiter eam excludant. Resp. 3. de gratia ab alio- tenta posse certam & infallibilem notitiam haberi, si quæ- vera sit sententia docens ex una præmissa de fide, & a- evidenti conclusionem Theologicam & de fide haberi posse.

quod quilibet baptizans evidenter sciat, se legitime baptizasse infantem, & ex altera parte per fidem habeat, eos, qui legitime baptizantur, in gratia constitutos esse.

IX. Q. 9. *Quis fructus ex hac materia de gratia reponendus sit à Theologo?* Resp. triplicem præcipuè. Primus est, ut illud S. Joannis 1. c. 3. in memoriam revocans; *Quæ, qualem caritatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur & sumus*: agnoscat grato animo hoc beneficium, atque adeo gratiam non modò sollicitè conservare, sed etiam quotidianis augmentis tum per Sacramentorum frequentiam & legitimum usum; tum per actuum supernaturalium crebrum exercitium augere studeat. Secundus est, ut cum ex una parte animarum sibi curam commissam esse agnoscit; ex altera verò parte necessitatem gratiæ ad salutem animarum agnoscit, juxta Christi summi Pastoris exemplum, omnem conatum & laborem impendat, ut animas sibi commissas vel in statu gratiæ conservet, vel, si amiserint in eandem, reducat, sicque dicere olim cum Christo possit: *Pater, quos dedisti mihi, custodi mihi, & nemo ex iis perierit*, Jo. 17. Tertius est, ut, dum necessitatem gratiæ actualis ad actus supernaturales eliciendos, fructumque adeò in animarum salute faciendum agnoscit, hanc gratiam tum per assiduum orationis studium, tum per alia media constanter & devotè efficaciter obtinere studeat, atque hunc in finem illud Christi saluberrimum monitum semper in mente habeat: *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic profert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.*

CAPUT III.

DE MEDIIS AD FINEM VLTIMUM
OBTINENDVM NECESSARIIS
IN SPECIE.

Horum mediolorum nomine potissimum virtutes Superiores naturales intelliguntur, quæ quidem à S. Thoma & aliis Theologis rectè in Theologicas & Morales dividuntur, de quibus in hoc capite, quid Theologi Scholastici doceant, breviter indicandum erit; nam pleraque, quæ de iis dici possunt, à Theologis etiam moralibus explicantur.